Apocalipsis ihesu cristi
quam dedit illi deus
palam facere servis
suis que oportet fieri
cito et significavit mittens per
angelum servo suo iohanni qui
testimonium perhibuit verbo dei
et testimonium ihesu cristi in his
quecumque vidit. Beatus qui le
git et qui audit verba prophetie
huius et servat ea que in ea scrip
ta sunt. Tempus enim prope est.
Iohannes septem ecclesiis que
sunt in asya. Gratia vobis et pax
ab eo qui est. et qui erat. et qui
venturus est. et a septem spiriti
bus qui in conspectu throni e
ius sunt et a ihesu cristo qui est
testis fidelis primogenitus mortu
orum et princeps regum terre qui
dilexit nos et lavit nos a pecca
tis nostris in sanguine suo et fecit
nos regnum et sacerdotes dei et
patri suo ipsi gloria et imperium
in secula seculorum Amen.
Et ecce venit cum nubibus et vi
debit eum omnis oculus et qui
eum pupugerunt et tunc plangent
se super eum omnes tribus terre

etiam amen. Ego sum alpha et o prin
cipium et finis dicit dominus de
us qui est et qui erat et qui ve
turus est omnipotens. Ego io
hannes frater vester particeps
et socius in tribulatione et reg
no et pacientia in cristo ihesu.
Fui in insula que appellatur
pathmos propter verbum et testi
monium ihesu cristi. Fui in spiritu
in dominica die. Et audivi post
me vocem magnam tamquam
tube dicentem michi quod vides
scribe in libro et mitte septem
ecclesiis que sunt in asya ephesa et
smyrne et pergamo et thyathire
et sardis et philadelphie et laodi
cie. Et conversus sum ut viderem
vocem que loquebatur mecum.
Et conversus vidi septem cande
labra aurea et in medio septem
candelabrorum similem filio ho
minis vestitum podere et precinctum
ad mamillas zona aurea. caput
autem eius et capilli erant candi
di tamquam lana et alba tamquam
nix et oculi eius tamquam flamma
ignis et pedes eius similes auri
calco sicut in camino ardenti

UNIV.- U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Qu. Fragm. 4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1736653261-10

et vox illius tamquam vox aquarum
multarum. Habebat in dextera sua stellas
septem et de ore eius gladius ex utra-
que parte acutus egrediebatur. Et facies
eius sicud sol in virtute sua lucet. Et
cum vidissem eum cecidi ad pedes
eius tamquam mortuus. Et posuit dex-
teram suam super me dicens noli ti-
mere ego sum primus et novissimus
et sum vivus et fui mortuus. Et
ecce sum vivens in secula seculorum.
Habeo claves mortis et inferni.
Scribe ergo que vidisti et que
sunt et que oportet fieri. Post
hec misterium septem stellarum quas
vidisti in dextera mea et septem
candelabra aurea. Septem stelle
angeli sunt septem ecclesiarum et cande-
labra septem septem ecclesie sunt. ¶
Et angelo Ephesi ecclesie scribe.
Hec dicit qui tenet septem stel-
las in dextera sua qui ambulat
in medio septem candelabrorum
aureorum. Scio opera tua et laborem
tuum et pacientiam tuam et quia non
potes sustinere malos et temptas-
ti eos qui se dicunt apostolos esse
et non sunt et invenisti eos menda-
ces et pacientiam habes et sustinuisti
propter nomen meum et non defecisti. Sed
habeo adversus te pauca quod caritatem
tuam primam reliquisti. Memor esto ita-
que unde excideris et age penitentiam et prima
opera fac. Sin autem venio tibi et mo-
vebo candelabrum tuum de loco suo
nisi penitentiam egeris. Sed hoc habes bonum
quia odisti facta Nicholaytarum que et
ego odi. Qui habet aures audiendi
audiat quid spiritus dicat ecclesiis.
Vincenti dabo edere de ligno vite
quod est in paradiso dei mei. Et angelo
Smyrne ecclesie scribe. Hec dicit primus
et novissimus qui fuit mortuus et vivit.
Scio tribulationem tuam et pauperta-
tem tuam sed dives es et blasfemaris
ab hiis qui se dicunt Iudeos esse et
non sunt sed synagoga sathane. Nichil
horum timeas que passurus es. Ecce
missurus est dyabolus aliquos ex vo-
bis in carcerem ut temptemini et habe-
bitis tribulationem diebus decem. Esto fi-
delis usque ad mortem et dabo tibi coronam
vite. Qui habet aures audiendi audiat
quid spiritus dicat ecclesiis. Qui vicerit
non ledetur a morte secunda. Et an-
gelo ecclesie Pergami scribe. Hec dicit
qui habet rumpheam ex utraque parte acutam.
Scio ubi habitas ubi sedes est satha-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1736653261-10

ne et tenes nomen meum et non ne
gasti fidem meam et in diebus illis
anthyphas testis meus fidelis
qui occisus est apud vos ubi sa
thanas habitat. Sed habeo adversus te
pauca habes enim illic tenentes
doctrinam balaam qui docebat
balach mittere scandalum coram filiis
israel edere de sacrificio ydolorum
et fornicari. Ita habes et tu tenes
doctrinam nycholaytarum que ego
odi. Similiter penitentiam age si quo
minus veniam tibi cito et pugna
bo cum illis in gladio oris mei. Qui
habet aures audiendi audiat quid
spiritus dicat ecclesiis vincenti dabo
manna absconditum. et dabo ei cal
culum candidum et in calculo nomen
novum scriptum quod nemo scit nisi
qui accipit. Et angelo thyathyre
ecclesie scribe hec dicit filius dei
qui habet oculos tamquam flammam ignis
et pedes eius similes auricalco no
vi opera tua et fidem et caritatem
et ministerium et patientiam tuam. et opera tua
novissima plura prioribus. Sed habeo ad
versus pauca quia permittis mulierem
iesabel que se dicit prophetare et do
cere et seducere servos meos fornicari

et manducare de ydolotitis et dedi
illi tempus ut penitentiam ageret et non vult
penitere a fornicatione sua. Et ecce
ego mittam eam in lectum. Et qui mechan
tur cum ea in tribulatione magna
nisi penitentiam egerint ab operibus
suis et filios eius interficiam in mor
te et hoc scient omnes ecclesie quia
ego sum scrutans corda et renes
et dabo unicuique vestrum secundum o
pera sua. Vobis autem dico et ceteris
et qui tyathire estis. Quicumque non
habent doctrinam hanc qui non cognoverunt
altitudinem sathane quemadmodum
dicunt non mittam super vos aliud
pondus. tamen id quod habetis tene
te donec veniam. Et qui vicerit
et custodit usque in finem opera mea
dabo ei potestatem super gentes et reget
illas in virga ferrea et tamquam vas
figuli confringentur. sicud et ego
accepi a patre meo. et dabo illi coro
nam glorie stellam matutinam. Qui habet
aures audiendi audiat quid spiritus
dicat ecclesiis. Capitulum tercium iii
Et angelo sardis ecclesie scribe hec
dicit qui habet septem spiritus dei et septem
stellas. Scio opera tua quia nomen
habes quod vivas et mortuus es. Esto vi

gilans & confirma cetera que moritura
erant. non enim inuenio opera tua ple
na coram deo meo. In mente ergo
habe qualiter acceperis & audieris
& serua & penitentiam age. Si ergo non
uigilaueris ueniam ad te tamquam
fur & nescies qua hora ueniam ad
te. Sed habes pauca nomina in sardis.
Et qui non coinquinauerunt uesti
menta sua & ambulabunt mecum in
albis quia digni sunt. Qui uicerit
sic uestietur uestimentis albis & non
delebo nomen eius de libro uite
& confitebor nomen eius coram patre
meo & coram angelis eius. Qui habet
aures audiendi audiat quid spiritus
dicat ecclesiis. Et angelo ecclesie phila
delphie scribe. Hec dicit sanctus
& uerus qui habet clauem dauid qui
aperit & nemo claudit. Scio opera
tua. Ecce dedi coram te ostium aper
tum quod nemo potest claudere quia mo
dicam habes uirtutem & seruasti nomen
meum & negasti nomen meum. Ecce
dabo tibi de synagoga sathane qui
dicunt se iudeos esse & non sunt sed
mentiuntur. Ecce faciam illos ut ueni
ant & adorent ante pedes tuos &
scient quia dilexi te quia seruas

tum uerbum patientie mee & ego te seruabo
ab hora temptationis que uentura est in or
bem uniuersum temptare habitantes in terra.
Ecce uenio cito tene quod habes ut nemo
accipiat coronam tuam & qui uicerit
faciam illum columpnam in templo dei mei
& foras non egredietur amplius & scribam
super illum nomen dei mei & nomen ciui
tatis noue ierusalem que descendit de
celo a deo meo & nomen meum nouum.
Qui habet aures audiendi audiat quid
spiritus dicat ecclesiis. Et angelo laodocie
ecclesie scribe. Hec dicit amen testis fi
delis & uerus qui est principium
creature dei. Scio opera tua quia ne
que frigidus neque calidus es. utinam
frigidus esses aut calidus sed quia tepi
dus es & nec frigidus nec calidus es
Incipiam te euomere ex ore meo quia
dicis quod diues sum & locupletatus
sum & nullius egeo & nescis quia miser
es & miserabilis & pauper & nudus et
cecus. Suadeo tibi emere a me aurum
ignitum probatum ut locuples fias
& uestimentis induaris albis & non
appareat confusio nuditatis tue & collirio
inunge oculos tuos ut uideas. Ego
quos amo arguo & castigo. emula
re ergo & age penitentiam. Ecce ego sto

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1736653261-10

ad ostiū et pulso. Si quis audierit
uocē meā et aperit michi ianuam
intrabo ad illū et cenabo cū illo et ipse
mecū. Qui vicit dabo illi sedē me
cū in throno meo sicud et ego vici
et sedi cū pre meo in throno. Qui
hȝt aurēs au. au. quid spiritus di
cat ecclesiis Capitulum. iiij.

Post hec vidi et ecce ostiū apertū
in celo et uox prima quā audiui
tamq̄ tube loquētis mecū dicēs
ascende huc et ondam t̄ que opt3
fieri cito. Post h̄ et stati fui in spū
et ecce sedes posita erat in celo et su
p sedem sedens et qui sedebat silis
erat aspctui lapidis iaspidis et sardi
nis et yris erat in circuitu sedis silis
uisionis smaragdine et in circuitu
sedis sedilia viginti quatuor et sup
thronos xxiiij^or seniores et circū amic
ti stolis albis et palme et in capitib3
eor coronas aureas. Et de trono pce
debūt fulgura et uoces et tonitrua
et septē lampades ardētes an thro
nū qui sūt septē spūs dei et in cosp
tu sedis tamq̄ mare uitreū simile
cristallo et in medio sedis et in circuitu
sedis quatuor animalia plena o
culis ante et retro. Et aial primum
simile leoni et scdm aial simile
vitulo et tciū aial hns faciē quasi
hois et qrtū aial simile aquile vo
lanti et iiij^or aialia singula eorū
hēbant alas senas et in circuitu et
intus plena sūt ocul. Et requiem
nō hēbant die ac nocte dicentia.
Scūs scūs scūs deus omps q̄ erat
et qui erat et qui uenturus ē et cū
darēt illa aialia glam et honorē
et bndictonē sedenti sup thro
nū viuēti in scl'a sclor. Et pcide
bant xxiiij^or seniores an sedētē
in throno et adorabāt viuente
in scl'a sclor amē et mittebant
conas suas ante thronū sūi
dicentes. Dignus es dne deus
nr accipe glam et honore et vi
tutē quia tu creasti omia et
pter uolūtatē tuā erant et
creata sunt Capitulum. v.

Et vidi in dextra sedentis su
pra thronū librū scriptū in
et foris signatū sigillis septē
et vidi angelm fortē pdicantē
uoce magna. Quis est dignus
aperire librū et soluere singna
cula eius et nemo poterat neq
in celo neq in tra. neq subtus

tram apperire libru & solue septe
singnacla eius neqꝫ uidere illum
Et ego flebam multu · quia nemo
dignus inuentus est apperire
libru nec uidere eu Et vnus de
senioribꝫ dixit m ne fleueris
Ecce vicit leo de tribu iuda
radix dauid appire libru et
solue septe singnacla eius et
uidi Et ecce i medio throni et
qtuor aialiu & i medio senior
agnu stante tamq occisum
& hnte cornua septe & oculos
septe qui sut septe spus dei
missi i omne tram · Et uenit
& accepit libru in dextra sede
tis in throno · Et cu appuisset
libru qtuor aialia & xxiiij se
nores ceciderut cora agno
hntes singuli cytharas & phia
las aureas plena adorametor
que sut orones scor & canta
bat canticu nouu dicentes ·
Dignus es dne deus nr accipe
libru & appire & solue septem
singnacla eius qm occisus es &
redemisti nos deo in sangne tuo
ex omni tribu & lingua & pplo & na
cone & fecistis nos deo nro reg
nu & sacerdotes & regnabim sup tram
Et uidi & audiui uoce angelor multo
ru in circuitu throni & aialiu & seni
or. Et erat nus eor milia milium
magna uoce dicentiu · Dign est ag
nus qui occisus est accipe vtute
& diuinitate & sapiam & fortitudine
& honore & glam & bndictone & oe
creatura que in celo est & que sup
tram & subtus tram & mare & que i
ea sut · omis audiui dicentes sedenti
in trono & agno · Bndicto & honor
& gla & potestas in scla sclor · Et iiij
aialia dicebant ame · et xxiiij seni
ores ceciderut in facies suas & ado
rauert uiuete in scla sclor ame · vi
Et uidi qd apperuisset agn vnu de
septe singnaclis & audiui vnu de
iiij aialibꝫ dicete tamq uoce toni
trui uem & uide Et ecce equus
albus & qui sedebat sup illu hebat
arcu & data est ei corona & exiuit
vinces ut uinceret & cu apperuisset
sigillu scdm audiui scdm animal
dicens uem et uide & exiuit alius
equs rufus & qui sedebat sup eu
datu ei ut sumeret pace de tra et
ut i uice se interficient & datus est
ei gladius magnus · Et cu appuisset

sigillum tertium audiui tertium animal dicens
veni et vide. Et ecce equus niger: et
qui sedebat super eum habebat stateram
in manu sua et audiui vocem tamquam
in medio iiii animalium dicentium. Bili
bris tritici denario vno et tres
bylibras ordei denario vno uel
vinum et oleum ne leseris. Et cum ape
ruisset sigillum quartum. audiui vocem
quarti animalis dicentis. veni et vide. Et
ecce equus pallidus. et qui sedebat
super eum. nomen illi mors et infernus
sequebatur eum. et data est illi potestas
super iiii partes mundi interficere fame gla
dio et bestiis terre. Et cum aperuisset
sigillum quintum vidi subtus altare
animas interfectorum propter verbum dei et
propter testamentum quod habebant et clamabant
voce magna dicentes. usquequoque
domine sanctus et verus non iudicas et vin
dicas nostrum sanguinem de hiis qui habitant
in terra et date sunt illis singule stole
albe et dictum est illis ut requiescerent
adhuc modicum tempus donec impleatur
numerus conseruorum eorum et fratrum eorum qui
interficiendi sunt sicud et illi. Et vidi
et cum aperuisset sigillum sextum et ecce terre
motus factus est magnus et sol factus
est niger tamquam saccus cilicinus. Et

luna tota facta est sicud sanguis et stelle
de celo ceciderunt super terram sicud
ficus mittit grossus suos cum a uen
to magno mouetur. et celum recessit
sicud liber inuolutus et omnes mon
tes et insule de locis suis mote sunt
et reges terre et principes terre et tribuni
et diuites et fortes et omnis seruus et liber
absconderunt se in speluncis et in petris
moncium et dicent montibus et petris ca
dite super nos et abscondite nos a fa
cie sedentis super tronum et agnum. ab
ira agni quoniam venit dies ire mag
nus ipsorum et quis poterit stare. VII. ·vii·

Post hec vidi iiii angelos stan
tes super iiii angulos terre tene
tes iiii ventos terre ne flarent
super terram neque super mare neque in
ullam arborem. Et vidi alterum
angelum ascendentem ab ortu solis
habentem signum dei uiui et cla
mauit voce magna quatuor
angelis quibus datum est nocere
terre et mari dicens nolite noce
re terre et mari neque arboribus
quousque signemus seruos dei
nostri in frontibus eorum. Et audiui
numerum signatorum. centum qua
draginta iiii milia ex omni tribu

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1736653261-10

filiorum israel. Ex tribu iuda xii milia signati. Ex tribu ruben xii milia signati. Ex tribu gad xii m. signati. Ex tribu asser xii m. signati. Ex tribu neptalim xii m. s. Ex tribu manasse xii m. s. Ex tribu symeon xii m. s. Ex tribu levi xii m. s. Ex tribu ysachar xii m. si. Ex tribu zabulon xii m. s. Ex tribu ioseph xii m. sig. Ex tribu beniamin xii m. signati. Post hec vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis stantes ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis et palme in manibus eorum et clamabant voce magna dicentes. Salus deo nostro qui sedet super thronum et agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni et seniorum et iiii animalium. Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas. adoraverunt deum dicentes amen. Benedictio et claritas et sapientia et graciarum actio honor virtus et fortitudo deo nostro in secula seculorum amen. Et respondit unus de senioribus et dixit michi. Hii qui amicti sunt stolis albis qui sunt et unde venerunt. Et dixi illi. domine mi tu scis. Et dixit michi. Hii sunt qui venerunt ex tribulatione magna et laverunt stolas suas et dealbaverunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum dei et serviunt ei die ac nocte in templo eius. Et qui sedit super thronum habitat super illos. Non esurient neque sicient amplius neque cadet super eos sol neque ullus estus quoniam agnus qui in medio troni est reget eos et deducet illos ad vite fontes aquarum. Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum. Capitulum viii. viii

Et cum aperuisset sigillum septimum factum est silencium in celo quasi media hora. Et vidi septem angelos stantes in conspectu dei. Et date sunt illis septem tube. Et alius angelus venit et stetit ante altare habens turibulum in manu sua. et data sunt illi incensa multa ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum quod est ante thronum dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram deo. Et accepit angelus turibulum aureum et implevit illud de igne altaris

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1736653261-10

et misit in terram. Et facta sunt tonitrua
et voces et fulgura et terre motus mag-
nus. Et septem angeli qui habebant sep-
tem tubas preparaverunt se ut tubas cane-
rent. Et primus angelus tuba cecinit.
Et facta sunt grando et ignis mixta in
sanguine et missum est in terram. et tertia
pars terre combusta est. et tertia pars arbo-
rum concremata est. et omne fenum
viride combustum. Et secundus angelus
tuba cecinit. et tamquam mons magnus
igne ardens missus est in mare. et
facta est tertia pars sanguis. et mortua est
tertia pars creature eorum qui habebant animas
viii in mare et tertia pars navium interiit.
Et tertius angelus tuba cecinit et ter-
tia pars solis percussa est et cecidit de celo
stella magna ardens tamquam facula.
Et cecidit in tertiam partem fluminum
et in fontes aquarum. et facta est tertia pars
aquarum amara. et nomen stelle dicitur
absinthius. et multi homines mortui
sunt de aquis quia amare facte sunt.
Et quartus angelus tuba cecinit et
percussa est tertia pars solis et tertia pars lu-
ne et tertia pars stellarum. ita ut obscu-
raretur tertia pars eorum et tertia pars diei non
luceret et noctis similiter. Et vidi et
audivi vocem unius aquile volantis
per medium celi dicentis voce magna
Ve. ve. ve. habitantibus in terra. et de ceteris
vocibus trium angelorum qui erant
tuba canituri. Capitulum nonum IX
Et quintus angelus tuba cecinit
et vidi de celo stellam cecidisse in ter-
ram. et data est illi clavis putei abis-
si. et aperuit puteum abissi. et ascen-
dit fumus putei abissi sicud fumus
fornacis magne. et obscuratus est
sol et aer de fumo putei. et de fumo
putei exierunt locuste in terram. et data
est illis potestas sicud habent scorpiones
terre potestatem. et preceptum est illis ne lede-
rent fenum terre neque omne fenum viri-
de neque omnem arborem nisi tantum
homines qui non habent signum dei in
frontibus suis. et datum est eis ut non
occiderent eos. sed ut cruciarent men-
sibus quinque. et cruciatus eorum ut cru-
ciatus scorpionum cum percutit hominem.
Et in diebus illis querent homines
mortem et non invenient eam. et
desiderabunt mori et fugiet mors
ab illis. et similitudines locustarum
similes equis paratis in prelium. Et
super capita earum tamquam corone similes
auro. et facies earum sicud facies homi-
num. et habebant capillos sicud capillos

mulierum et dentes earum sicud den
tes hominum leonum erant et habebant
loricas sicud loricas ferreas
et vox alarum eius sicud vox
curruum equorum multorum curren
cium in bellum et habebant caudas
similes scorpionum et aculei erant
in caudis earum. Et potestas ea
rum nocere hominibus mensibus quinque
et habebant super se regem angelum
abyssi cui nomen ebrayce ab
addon grece autem appollyon
Et latine habens nomen exterminans
Ve unum abiit. Et ecce adhuc
veniunt duo ve. Post hec tuba
unus angelus cecinit et audi
ui vocem unam ex quatuor cornibus
altaris aurei quod est ante oculos
dei dicentem septimo angelo
qui habebat tubam. Solue qua
tuor angelos qui alligati sunt
in flumine magno effraten.
Et soluti sunt quatuor angeli qui
parati erant in horam et diem
et mensem et annum ut occiderent
terciam partem hominum et numerus eques
tris exercitus vicies milies
dena milia Et audiui numerum
eorum et ita vidi equos in visione

et qui sedebant super eos habebant
loricas igneas et iacinctinas et
sulphureas et capita equorum erant
tamquam capita leonum et de ore eorum
procedit ignis et fumus et sulphur.
Et ab hiis tribus plagis occisa
est tercia pars hominum de igne et de fumo
et de sulphure que procedebant de ore
ipsorum. Potestas enim equorum in ore
eorum est et in caudis eorum. Nam
caude eorum similes serpentibus
habentes capita et in hiis nocent hominibus
et ceteri homines qui non sunt occisi
in hiis plagis nec penitenciam egerunt
de operibus manuum suarum ut non a
dorarent demonia et simulachra
aurea et argentea et erea et lapidea
et lignea que neque videre possunt
nec audire nec ambulare et non
egerunt penitenciam ab homicidiis su
is neque a veneficiis neque a fornim
cacione sua neque a furtis suis

Et vidi angelum alium fortem des
cendentem de celo amictum nube
et yris erat in capite eius et fa
cies eius erat ut sol et pedes eius
tamquam columpna ignis et habebat in
manu sua libellum apertum et posuit
pedem suum dextrum super mare Si

dextrum autem super terram et clamavit
voce magna quemadmodum cum leo
rugit. Et cum clamasset locuta sunt
septem tonitrua voces suas. Et cum
locuta fuissent septem tonitrua et
noli ea scribere. Et angelum quem vidi
Et ego scripturus eram et audivi
vocem de celo dicentem. Signa que
locuta sunt septem tonitrua et noli
ea scribere. Et angelum quem vidi super
mare stantem et super terram levavit
manum suam ad celum et iuravit per
viventem in secula seculorum qui cre
avit celum et ea que in eo sunt et
terram et que in ea sunt et mare et
omnia que in eo sunt quia tempus
amplius non erit sed in diebus
vocis septimi angeli cum ceperit
tuba canere consummabitur misterium
dei sicud ewangelizavit per servos
suos prophetas. Et vox quam iterum audi
vi de celo loquentem mecum et dicentem
vade accipe librum apertum de manu
angeli stantis super mare et supra
terram. Et abii ad angelum dicens
ei ut daret michi librum. Dixit
michi. Oportet iterum prophetare gentibus
et populis et linguis et regibus multis
et dixit michi. accipe librum et devora

eum et faciet amaritudine ventrem tuum
sed in ore tuo erit dulce tamquam
mel. Et accepi librum de manu
angeli et devoravi eum et erat in ore
meo tamquam mel dulce. Et cum
devorassem eum amaricatus est
venter meus et dixit michi oportet ite
rum prophetare gentibus et populis et lin
guis et regibus multis. Capitulum xi xi
Et datus est michi calamus similis
virge dictum est michi surge et metire tem
plum dei et altare adorantes in eo
Atrium autem quod est foris templum eice
foras et ne metieris eum quoniam datum
est gentibus et civitatem sanctam calca
bunt mensibus xl duobus et dabo duo
bus testibus meis et prophetabunt die
bus mille ducentis lx amicti sac
cis. Hii sunt due olive et duo can
delabra lucentia in conspectu dei terre
et si quis voluit nocere eis ignis
exiet de ore illorum et devorabit
inimicos eius. Et si quis voluit
eos ledere sic oportet eos occidi
Hii habent potestatem claudendi
celum ne pluat diebus prophetie eorum
et potestatem habent super aquas convertendi
eas in sanguinem et percutere terram
omni plaga quotienscumque volu

erint. Et cum finierint testimonium
suum bestia que ascendit de abis
so faciet adversus eos bellum et vin
cet eos et occidet eos et corpora
eorum iacebunt in plateis civitatis
magne que vocatur spiritualiter
sodoma et egiptus ubi et dominus
eorum crucifixus est. Et videbunt
de tribubus et de populis et de linguis
et gentibus et iacebunt eorum corpora
per tres dies et dimidium et corpora
eorum non sinent poni in monumen
tis et inhabitantes terram gaude
bunt super eos et iocundabuntur et mu
nera mittent invicem quoniam hii duo
prophete cruciaverunt eos qui habi
tabant super terram. Et post dies
tres et dimidium spiritus vite intra
vit a deo in eos et steterunt super
pedes suos et timor magnus ce
cidit super eos qui viderunt eos.
Et audierunt vocem magnam de
celo dicentem eis ascendite huc
et ascenderunt in celum in nube et
viderunt illos inimici eorum. Et in
illa hora factus est terre motus
magnus et decima pars civita
tis cecidit et occisi sunt in terre mo
tu nomina septem milia. Et reliqui

in timore sunt missi et dederunt glo
riam deo celi. Secundum ve abiit. Et ec
ce ve tertium veniet cito. Et septimus
angelus tuba cecinit et facte sunt
voces magne in celo dicentes fac
tum est regnum huius mundi domini nostri
~~xpi~~ et filii eius et regnabit in secula
seculorum amen. Et viginti ~~iiii~~ seniores
qui in conspectu dei sedent in sedibus
suis ceciderunt in facies suas et
adoraverunt deum dicentes amen.
Gratias agimus tibi domine deus
omnipotens qui es et qui eras et qui
venturus es qui accepisti vir
tutem tuam magnam et regnasti
et irate sunt gentes et advenit i
ra tua et tempus mortuorum
iudicari et reddere mercedem servis
tuis prophetis et sanctis et timentibus
nomen tuum pusillis et magnis
et exterminandi eos qui corruperunt
Et apertum est templum [terram] XII.
dei in celo et missa est archa testa
menti eius in templo. Facta sunt
fulgura et voces et tonitrua et ter
re motus et grando magna. Et
signum magnum apparuit in celo
mulier amicta sole et luna sub pe
dibus ~~xpi~~ eius et in capite eius

corona stellarum duodecim. Et in utero
habens clamabat parturiens et
cruciatur ut pariat. Et visum est aliud
signum in celo. Et ecce draco magnus
et ruffus et habens capita septem et
cornua decem et in capitibus eius sep
tem dyademata. Et cauda eius
trahebat terciam partem stellarum
celi et misit eas in terram. Et draco
stetit ante mulierem que erat par
itura ut cum peperisset filium
eius devoraret. Et peperit mas
culum qui recturus erat omnes
gentes in virga ferrea. Et raptus
est filius eius ad deum et ad thro
num eius. Et fugit in sollitudine
ubi habeat paratum locum a deo ut
ibi pascat illum diebus mille du
centis quadraginta. Et factum est
prelium magnum in celo michahel et
angeli eius preliabantur cum dracone
et draco pugnabat et angeli eius
et non valuerunt neque locus eorum
inventus est amplius in celo
Et proiectus est draco ille magnus
et antiquus serpens qui vocaba
tur dyabolus et sathanas qui se
ducebat universum orbem proiectus
est in terram. Et angeli eius cum illo
missi sunt. Et audivi vocem mag
nam in celo dicentem. Nunc facta
est salus et virtus et regnum dei
nostri et potestas christi eius quia
proiectus est accusator fratrum
nostrorum qui accusabat illos ante
conspectum dei nostri die ac nocte.
Et ipsi vicerunt illum propter sanguinem
agni et propter testimonium suum
et non dilexerunt animas suas us
que ad mortem. Propterea letamini celi
et qui habitatis in eis. Ve terre
et mari quia descendet ad vos
habens iram magnam sciens quia
modicum tempus habet. Et postquam
draco vidit quod proiectus esset
in terram persecutus est mulierem
que peperit masculum. Et date
sunt mulieri ale due aquile
magne ut volaret in deser
tum locum suum ubi alitur per tempus
et tempora et dimidium temporis
a facie serpentis. Et misit serpens
ex ore suo aquam tamquam
flumen ut eam faceret trahi a
flumine. Et adiuvit terra mulierem
et aperuit terra os suum et absor
buit flumen quod misit draco
de ore suo. Et iratus est draco

in muliere Et abiit prelium facere
cum reliquis de semine eius qui custo
diunt mandata dei et habet testi
monium ihesu christi et stetit supra
arenam maris Capitulum xiii.
Et vidi de mare bestiam
ascendentem habentem capita sep
tem et cornua decem et super
cornua eius decem dyadema
ta et super capita eius nomina
blasphemie. et bestia quam vidi
similis erat pardo et pedes eius
sicud pedes ursi et os eius
sicud os leonis Et dedit illi
draco virtutem suam et potestatem
magnam et vidi unum de capiti
bus suis quasi occisum in mortem
et plaga mortis eius curata est
Et ammirata est universa terra post
bestiam et adoraverunt draconem
qui dedit potestatem bestie Et
adoraverunt dicentes. Quis
similis bestie et quis poterit
pugnare cum ea Et datum est ei
os loquens magna et blasphe
mie et data est ei potestas fa
cere menses quadraginta duos.
Et aperuit os suum in blasphe
mias ad deum blasphemare no
men eius et tabernaculum eius et
eos qui in celo habitant Et datum
est illi facere bellum cum sanctis et
vincere illos Et data est illi potestas
in omnem tribum et populum et lingu
am et gentem et adoraverunt eam
omnes qui inhabitant terram quorum
nomina non sunt scripta in libro vite
agni qui occisus est ab origine
mundi. Si quis habet aures audi
endi audiat. Qui in captivitatem
duxit in captivitatem vadit qui
in gladio occidit. oportet eum
gladio occidi hec est paciencia et fides
sanctorum. Et vidi aliam bestiam
ascendentem de terra et habebat cornua
duo similia agni et loquebatur
sicud draco. Et potestatem prioris besti
e omnem faciebat in conspectu eius
et fecit terram et inhabitantes in ea
adorare bestiam primam cuius cura
ta est plaga mortis Et fecit signa
magna ut etiam ignem faceret
de celo descendere in terram in conspectu
omnium hominum et seducit inhabitantes
terram propter signa que data sunt
illi facere in conspectu bestie dicens
habitantibus in terra ut faciant ymagi
nem bestie que habet plagam gladii

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1736653261-10
DFG

⁊ uixit Et datū est illi ut daret
spm̄ ymagini bestie ⁊ faciet qui
cūq3 nō adorauerit ymaginem
bestie occidant̄ ⁊ faciet omnes
pusillos ⁊ magnos ⁊ diuites et
paupes ⁊ liberos ⁊ seruos habē
caracterē ī manu sua dextera a
in frontib3 suis Et ne quis poss3
emere aut uendē nisi haberet
caracterē aut nomē bestie aut
numerū nōis eius hic sapiēcia
est Qui hab3 intellectū compu
tet numerū bestie Numerus
em̄ hoīs est ⁊ nūs eius est sex
centi ⁊ sexaginta sex Capitlm̄ xiiii
Et uidi ⁊ ecce agnus stabat
supra montē syon et cū eo cen
tū quadraginta quatuor mili
a hn̄tes nomē eius ⁊ nomen
pr̄is eius scriptū in frontibus
suis Et audiui uocē de celo tā
q̄ uocē aquarū multarū ⁊ tāq̄
uocē tonitrui magni Et uocē
quā audiui sicud uocē cytha
reorū cytharizanciū in cytha
ris suis Et cantabant quasi
canticū nouū ante sedē ⁊ ante
iiii aīalia ⁊ seniores ⁊ nemo
poterat dicere canticū nisi illi

centū quadraginta quatuor
milia qui empti sūt de terra
Hii sūt qui cū mulierib3 nō sūt
coinq̄nati virgines em̄ sunt
hii sūt qui secuntur agnū quo
cūq3 ierit Hii empti sūt ex oīb3
p̄micie deo ⁊ agno ⁊ in ore ip
sor3 nō est ī uentū mendaciū Ante
sine macula em̄ sūt thronū
dei Et uidi alterū angelum
uolante p medīu celū hn̄tē
ewāgeliū ut ewangelizaret
sedentib3 in terram ⁊ sup omnē
gentem ⁊ sup omnē tribum
⁊ pplm̄ ⁊ linguam dicēs uoce
magna Timete deū ⁊ date illi
honorē quia uenit hō iudicii
eius ⁊ adorate eū qui fecit
celū ⁊ t̄ram mare ⁊ om̄ia que
in eis sūt ⁊ fontes aquarū
Et alius angelus secutus ē
eū dicens Cecidit cecidit ba
bylon illa ciuitas magna que
ab inicio ire fornicationis sue
potauit om̄s gentes Et t̄cius
angelus secutus est illos dicēs
uoce magna Siquis adorauē
rit bestiam ⁊ ymaginē eius
⁊ accipiet caracterē ī fronte

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1736653261-10

sua aut in manu sua. hic bibet
de vino ire dei quod mixtū
est mero. in calice ire ipius
et cruciabitur igne et sulphure
in cōspectu anglorum sanctorū
et ante conspectū agni Et fum9
tormētorum suorum ascendet in se
cula seculorum. nec hñt requiē
die ac nocte qui adorauerūt
bestiam aut ymaginē eius
Et si quis accepit caractere
nōis eius. hic autē paciētia
sanctorum est. qui custodiunt
mādata dei et fidē ihu Et
audiui vocē de celo dicētē
michi. Scribe bti mortui q
in dño moriūt. Amodo
iam dicit sps ut requiescāt
a laboribz suis. Opa enī illorum
secuntur illos Et vidi et ecce
nubē candidam et sup nubē
sedentē similē filio hominis
hñtem in capite sua corōnam
auream et in manu sua falcē
acutā Et alter anglus exi
uit de templo clamauit voce
magna ad sedentē sup nubē
mitte falcē tuam et mete qa
uenit hora ut metatur qm

maturauit messis tre Et misit
qui sedebat sup nubē falcē sua
in tra et messuit trām Et alius
anglus exiuit de templo quod
est in celo hñs et ipse falcē acutā
Et alius anglus exiuit de altari
qui hēbat potestatē sup nubem
ignē et aquā Et exclamauit vo
ce magna ad eū qui habebat
falcē acutā dicens. Mitte falcē
tuā acutā et vindemia botros
vinee tre. quoniā mature sūt
uue eius. Et misit anglus fal
cē suā in tram. et vindemiauit
vineā tre. et misit in lacū ire dei
magnū Et calcatus est lacus ex
tra ciuitatē et exiuit sanguis
de lacu usqz ad frenos equorū
p stadia mille sexcenta. XV Cap
Et vidi aliud signū in celo
magnū et mirabile et anglos
septē hñtes septē plagas nouissi
mas quia illis cōsummata est ira
dei et vidi tamqz mare vitreum
mixtū igne et eos qui vicerūt
bestiam et ymaginē eius et nūm
nōis illius stantes sup mare
hñtes cytharas dei et cantan
tes canticū moysi serui dei et

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1736653261-10

canticu agni dicetes magna et
mirabilia sut opa tua dne deus
omnipt iuste et uere sut vie tue
dne rex sanctoru. Quis no time
bit te dne et magnificauit nomi
tuu. quia solus pius es. quonia
oms gentes uenient et adorabt
in cospectu tuo. quonia iudicia
tua manifesta sut. Et post hec
uidi et ecce apertu est templu dei
tabnaculi testimonii in celo.
Et exierut septe angeli hntes
septe plagas de templo uestiti
lapide mudo et candido et pcinc
ti circa pectora zonis aureis
Et unus ex quatuor animalibus
dedit septe anglis septe phialas
aureas plenas iracudie dei vi
uentis in secula seculoru. Et i
pletu est templu dei fumo a ma
iestate dei et de uirtute eius. Et
nemo poterat introire in templu
donec cosumarentur septe pla
ge septem angeloru. Capitulum xvi

Et audiui uoce magna dice
nte septe anglis. Ite et effudi
te septe phyalas ire dei in tra
Et abiit pmus anglus et effu
dit phialam sua in tra et factu
est vulnus seuu et pessimum
qui hebat caractere bestie et
eos qui adorauerut bestiam
et ymagine eius. Et secundus
anglus effudit phiala suam
i mare et fcus est sanguis tam
qua mortui sup flumina et sup
fontes aquaru et fcus est sang
uis. Et audiui anglm aquaru di
cente. Iustus es dne qui es et
qui eras scus qui hec iudicasti
quia sangine scoru et pphetaru
fuderut sangne dedisti eis bibe
digni eni sut. Et audiui anglm
de altari dicente. Etiam dne ds
omnipt uera et iusta iudicia tua
Et quartus angelus fudit phy
alam sua in sole et datu est illi
estu affligere homes et igne estu
auerut homes estu magno et
blasphemauerut nome dei ha
bentis potestate sup has pla
gas. neqz egerut penitencia
ut darent illi gloriam. Et quin
tus anglus effudit phialam
sua super sedem bestie et fcm
est regnu eius tenebrosum
Et comanducauerut linguas
suas pre dolore et blasphemauert

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1736653261-10
DFG

deū celi p̄ doloribȝ suis ⁊ vulneri
bȝ eius ⁊ nō egerūt penitētiā
ex operibȝ suis. Et sextus angl̄s
effudit phialam suam in flu
me illud magnū eufraten et
siccauit aquā eius ut prepa
retur uia regibus ab ortu sol'
Et uidi de ore draconis ⁊ de
ore bestie ⁊ de ore pseude pro
phete exire tres sp̄us ī mun
dos in modū ranarū. Sunt
eñ sp̄us demonioȝ facientes
signa. Et p̄cedūt ad reges t̄re
congregare in p̄lium ad die
magnū omīpotentis dei. Et
ecce uenio dicit dn̄s sicud
fur. B̄tūs qui uigilat ⁊ custo
dit uestimēta sua ne nudus
ambulet ⁊ uideant turpitu
dinē eius ⁊ congregauit illos
in locū qui dicitur ebrayce
harmagedon. Et septimus
angelus effudit phialam su
am in aerem ⁊ exiuit uox
magna de celo a throno dicēs
factū est ⁊ fc̄a sūt fulgura ⁊
uoces ⁊ tonitrua. Et t̄re mot'
fc̄us est magnus. qualis
nūquā fuit ex quo homines fue
rūt sup t̄ram. talis t̄re motus sic
magnus ⁊ fracta est ciuitas mag
na in tres p̄tes ⁊ ciuitates genci
ū ceciderūt. Et babylon magna
uenit ī memoriam ante deum
dare illi calicē uini indignatōis
ire eius ⁊ omīs insula fugit. et
montes nō sūt inuenti ⁊ grando
magna sicud talentū descendit
in hoīes ⁊ blasphemauerūt hoīes
deū p̄pt plagam grandinis quoniā
magna facta est uehement'. xvi°
Et uenit unus de septē angelis
qui hēbant septē phyalas ⁊
locutus est mecū dicens. Veni et
ostendā tibi dampnationē mere
tricis magne que sedit super
aquas m̄ltas cū qua fornicati st̄
reges terre ⁊ inebriati sūt qui
inhītant t̄ram de uino p̄stitutōis
eius ⁊ abstulit me in sp̄u in deser
tū. Et uidi mlīem sedentē super
bestiam coccineam plenā noībȝ
blasphemie hn̄tem capita septem
⁊ cornua decem ⁊ mulier erat
circumdata purpura coccinea. et
inaurata auro ⁊ lapide pretioso
⁊ margaritis. Habens poculum
aureū in manu sua plenū abhoī

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1736653261-10

nacione et in mundicia fornicacio
nis eius et in fronte nomen eius
scriptum sacramentum Babylon magna
mater fornicacionum et abhominacionum
terre Et vidi mulierem ebriam de
sanguine sanctorum et de sanguine mar
tirum ihesu Et miratus sum cum vidis
sem illam admiracione magna
et dixit michi angelus quare mi
raris. Ego dicam tibi sacramentum
mulieris et bestie que portat
eam. Que habet capita septem et cor
nua decem bestia quam vidisti
fuit et non est et ascensura est de abis
so et in interitum ibit et mirabuntur
inhabitantes terram quorum nomina non
sunt in libro scripta vite a constituti
one mundi. Videntes bestiam que
erat et non est. Hic est sensus qui
habet sapienciam. Septem capita sep
tem montes sunt super quos muli
er sedit et reges septem sunt et quinque
ceciderunt unus est et alius non dum
venit et cum venerit oportet il
lum breve tempus manere et besti
a que erat et non est et ipsa octava
est et de septem est et in interitum
vadit Et decem cornua que vidis
ti decem reges sunt qui regnum
non dum acceperunt Sed potestatem
tamquam reges una hora accipient
post bestiam. Hii unum consilium
habent et virtutem et potestatem suam
bestie tradunt. Et hii cum agno pug
nabunt et agnus vincet illos.
quoniam dominus dominorum est et rex re
gum et qui cum illo sunt vocati et
electi fideles. Et dixit michi a
que quas vidisti ubi meretrix
sedet populi sunt et gentes et lin
gue. Et decem cornua que vidis
ti et bestiam hii odient fornica
riam et desolatam facient illam
et nudam et carnes eius mandu
cabunt et ipsam igne concrema
bunt. Deus enim dedit in corda
eorum ut faciant quod illi placitum est
ut dent suum regnum bestie don
consumentur verba dei. Et muli
erem quam vidisti est civitas
magna que habet regnum
super reges terre. Capitulum XVIII

Et post hec vidi alium ange
lum descendentem de celo ha
bentem potestatem magnam et
terra est illuminata a gloria eius
Et exclamavit in fortitudine
dicens Cecidit cecidit baby

lon magna ⁊ facta est habitacio de
moniorum ⁊ custodia omnis spiritus
inmundi ⁊ custodia omnis volucris
inmunde ⁊ odibilis quia de vi
no fornicationis ire eius bibe
runt omnes gentes ⁊ reges terre
qui cum illa fornicati sunt ⁊ mer
catores terre de uirtute deliciarum
eius diuites facti sunt Et audi
ui aliam uocem de celo dicentem
exite de illa populus meus ⁊ ne
participes ne sitis delictorum eius
⁊ de plagis eius non accepistis
quoniam peruenerunt peccata eius
usque ad celum. Et recordatus est
dominus iniquitatum eius. Reddi
te illi sicud ipsa reddidit uobis
et duplicate duplicia secundum
opera eius. In poculo quo mis
cuit uobis miscite illi duplum
Quantum glorificauit se et in
deliciis fuit. tantum date illi
tormentum ⁊ luctum. quia in cor
de suo dicit Sedeo ut regi
na ⁊ uidua non sum ⁊ luctum
non uidebo. Ideo in septimo
die uenient plage eius et
mors ⁊ luctus ⁊ fames ⁊ ig
ni comburetur. quia fortis

est deus qui iudicauit illam ⁊ fle
bunt ⁊ plangent se super illam reges
terre qui cum illa fornicati sunt ⁊ in
deliciis uixerunt Et cum uiderint
fumum incendium eius longe stan
tes propter timorem tormentorum
eius dicentes. Ve ue ue ciuitas
magna ista babilon ⁊ ciuitas illa
fortis quoniam una hora uenit
iudicium tuum Et negociatores terre
flebunt super illam ⁊ lugebunt
quoniam meretrices eorum
nemo emet amplius mercede
auri ⁊ argenti ⁊ lapides preciosi
⁊ margarite ⁊ byssi ⁊ purpure
⁊ serici ⁊ cocci ⁊ omne lignum
thyinum ⁊ omnia uasa eboris et
omnia uasa de lapide precioso ⁊ era
mento ⁊ ferro ⁊ marmore ⁊ cyna
momum ⁊ amomum ⁊ odoramentorum
⁊ vngentorum ⁊ thuris ⁊ uini ⁊
olei ⁊ simile ⁊ tritici ⁊ iumentorum
⁊ ouium ⁊ equorum ⁊ redarum et
mancipiorum ⁊ animarum hominum ⁊
poma tua ⁊ desideria anime
tue decesserunt a te ⁊ omnia pingu
ia ⁊ preclara perierunt a te ⁊ am
plius ista iam non inuenient
mercatores horum qui diuites

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1736653261-10
DFG

Apocalipsis ihesu cristi
quam dedit illi deus
palam facere seruis
suis que oportet fieri
cito et significauit mittens per
angelū seruo suo iohanni qui
testimoniū perhibuit uerbo dei
et testimoniū ihū xpī in his
quecumq; uidit beatus qui le
git et qui audit uerba prophecie
huius et seruat ea que in ea scrip
ta sūt. Tempus enī prope est.
Johannes septem ecclesiis que
sūt in asya. Gracia nobis et pax
ab eo qui est et qui erat et qui
uenturus est et a septē spiriti
bus qui in conspectu throni e

ecia amē. Ego sū alpha et o pri
cipiū et finis dicit dominus de
us qui est et qui erat et qui ue
turus est omnipotens. Ego io
hannes frater uester particeps
et socius in tribulacione et reg
no et paciencia in xpo ihesu.
fui in insula que appellatur
pathmos propter uerbū et testi
moniū ihū xpī. fui in spiritu
in dominica die. Et audiui post
me uocem magnā tamquam
tube dicentē michi quod uides
scribe in libro et mitte septē
ecclesiis que sūt in asya epheso et
smyrne et pergamo et thyathire
et sardis et philadelphie et laodi
cie. Et cōuersus sū ut uiderē
uocē que loquebatur mecū.
Et cōuersus uidi septē cande
labra aurea et in medio septē
candelabrorū similē filio ho
minis uestitū podere et precinctū
ad mamillas zona aurea. caput
autē eius et capilli erant candi
di tamquam lana alba tamquā
nix et oculi eius tamquam flāma
ignis et pedes eius similes auri
calco sicut in camino ardenti

Universitäts- und Landesbibliothek Halle (Saale)
Qu. Trajec. 4
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1736653261-10